



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

27. In Festo SS. Petri & Pauli, unica. Constitues eos principes super
omnem terram. Psal. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Sancto, illo replens & Spiritu matrem effice ut vero spirituali gaudio tuam celebremus Nativitatem, & cum adfuerit Dominus in secundo adventu suo, possimus ei occurrere eum gaudio, ipsamque tota tecum benedicere aeternitate.

Christo, qui est porta & Ostium per quod multitudo debet ingredi. Quomodo S. Petrus fuerit tamquam Piscina fluens oculis, notum est ex S. Clemente asserente genas ejus cavatas fuisse ex continuo Hætu; qui lectus Gallo canente quotidie recrudescerebat. De S. Paulo etiam Apostolorum acta & ejus epistolæ testantur, quomodo in membris Christi consideratione peccata desereret, ut ea elueret quasi aquas piscinæ myricæ fluentibus in gratiam multitudinis. Sic enim ait: *Multis ambulanti quos sapo vobis dicebam, nunc autem & steno dico, inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est, quorum gloria in confusione est.* Item sic alloquitur suos: *Non cessavi per trionium nocte & die manens cum lacrymis utrumque vestrum.* Quem locum expendens S. Chrysostr. hom. 12. in epist. ad Colossenses sic loquitur: *Ex quo fonte emanarunt tanta fluentia, ut ex illius oculis lacryma? Quem fontem vis comparare cum his lacrymis? Eumne qui est in Paradiso, qui irrigat universam terram? Sed nihil dices aequalis. O ergo præclari oculi Petrus & Paulus continuo aquas salubres emittentes instar fontium, vel piscinarum, in gratiam multitudinis & corporis totius Ecclesiæ!*

Lect. 27. IN FESTO SS. PETRI ET PAULI.

Constituit eos Principes super omnem terram. Psalm. 44.

De titulis SS. Petri & Pauli. Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli merita & heroica gesta, gratiam & gloriam, laudes & præconia, una celebrat festivitate Ecclesia: tum quia amor Christi & zelus gloriæ Dei eos sic indivisivos voluit, sicque confederavit, ut uno die, uno loco, minus tyranni tolerarent sententiam, & sanguinem profunderent, prout dicit S. Maximus hom. 4. de Petro & Paulo: tum quia de eorum meritis aliquo virtutibus nihil diversum, nihil debemus sentire discretum, æquales & electio pares. Et labor similis, & finis facti æquales, ut loquitur S. Leo serm. 1. de Petro & Paulo. In hac igitur die, aurea luce & roseo eorum colore decorata, in qua per crucem alter, alter enim triumphat, laudes eorum junctim decantemus, ex sanctorum Patrum scriptis.

Dicamus primò cum S. Leone Pontifice, in corpore Christi mystico, quod est Ecclesia, hos centesimam tamquam duos oculos lucidissimos & radiantissimos. Sic enim loquitur S. Leo: *In horum excellentia Patrum merito est excellentius gloriosandum, quos gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesia manibra prorexit, ut eos in corpore cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum.* Hi sunt oculi vigilantissimi & perpicacissimi quibus ab hostibus, à vitiorum & errorum incurfancibus malis, sibi prospexit Ecclesia suis in primordiis. Hi sunt oculi quibus potuit clarè videre quæ ad fidem spectant, & Dei gloriam. Hi sunt oculi vigilantes pro toto corpore; præsentia & futura sagacissime contemplantes, sublimia & profunda celestis luce sua penetrantes. Hi sunt *Oculi Columba*, simplices & puri, lucidi & in eorum semper erecti. Quia nos docuerunt hi Apostoli oculos in sublime semper engere, & Deo gratias agere pro singulis beneficiis, sicut columba pro singulis granis. Docuerunt nos cum simplicitate & puritate intentionem tanquam oculum coelo inferre, æterna considerare, aeternitati prospicere. Denique, hi sunt duo illi oculi Ecclesiæ, de quibus in Cantico dicitur: *Oculus sicut piscina in Hesbon, in porta sua multitudinis.* Oculi enim hi instar duplicis piscinæ semper fluentes scilicet lacrymis, quasi aquis puris, quibus eluerentur fordes vitiorum, quibus & totum corpus Ecclesiæ, quoad fieri posset, immaculatum redderent. Suo enim exemplo provocavit multitudinem ad lacrymarum salubrem fontem, per quem est ingressus in civitatem celestem; quia per lacrymarum fluentia jungimur

Dicamus secundo, hos Apostolos esse duo ubera, quæ Sponsus admiratur, & laudat in Sponia. Etenim hi sunt qui lacte doctrinæ celestis Ecclesiæ novellos filios aluerunt, donec in perfectam ætate eos perducerent. Audi Apostolum Petrum primitivos fideles ad hæc ubera togenda invitantem: *Quasi melle genui infantes, sine dolo, rationabile lac concipiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quam suavis est Dominus.* Audi & Apostolum Paulum similiter suos alloquentem: *Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi.* Et iterum: *Facti sumus in medio vestrum, tanquam fenurix, foravit filios suos. Ita desiderantes vos cupide volebamur valere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas vestras.* Hoc lacte instar uberum plenus erat Apostolus Paulus, cujus caput gladio excisum, non sanguinem, sed lac dedit, inquit S. Chrysostr. in Cant. super illud Cantici Pulchra sunt mammae tuæ. *Mamma plures, quia debet esse varia uberum temperatura pro sustentium qualitate diversa. Vnde quomodo Paulus ludas factus est ludæus, in qui sine lege quasi sine lege, infirmis infirmus. Nonne tot applicat ubera discipulis, qui in se tot transformas generat? Quid aliud molitur temperatura tam multiplici, nisi ut leniter & lactis mōre teneris auditorum animis ejus ad Divinam influere. Tot videtur abundare mammae, quot modis arte ingeniosè capacitate, infirmorum cooptabat, hæc ille. O verè Ecclesiæ fecunda ubera, Petrus & Paulus, mirabili sapientia & doctrinæ fecunditate ac ubertate primos fideles Ecclesiæ, primos filios recipientia & adhuc modo lac suavissimum fundentia in salutem omnium electorum, & Filiorum Dei.*

Duo laci digni oculi Ecclesiæ.

Cant. 7.

Cant. 7.

Fletus S. Petri.

S. Pauli lacryma.

Philip. 3.

Act. 20.

2. Duo ubera Ecclesiæ.

1. Pet. 2.

1. Cor. 3.

1. Thess. 2.



3.
Dua oli-
ve oleum
Ecclesia
mini-
strantes.

Dicamus tertio, hos Apostolos recte designari per duas illas Olivas ad dextram candelabri & ad sinistram eius, de quibus dicitur: *Isti sunt duo filii Olei, qui assidunt Dominatori in universa terra.* Hi nimirum Apostoli duo, duæ sunt Olivæ oleum Ecclesiæ lampadi perpetuò ministrantes, ut lucem proferant his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes eorum in viam pacis & æternitatis. Lampas enim ardens super candelabrum autem, & septem ejus lucernæ mysticam interpretationem habent. Candelabrum mysticum est Christus lampadem sustinens, hoc est Ecclesiam divini spiritus luce ardentem. Septem lucernæ, quæ candelabro innituntur, septem sunt Sacramenta, & septem Spiritus S. dona, quibus mentes hominum illuminantur. Hæ olivæ quæ à dextris & à sinistris oleum ministrant lampadi, nonne hi Apostoli sunt, qui variis exemplis atque doctrinis, scriptis suis & meritis, Ecclesiæ lampadi oleum gratiæ infundunt, & impetrant liquorem celestem, ut numquam lux ejus definat? Propterea igitur aptè *Filii olei* vocantur, quia uncti, & unctiōne aliis impetrantes; vel ut alia lectio habet, *Filii splendoris & claritatis*, quia sunt splendidissimi, & splendorem Ecclesiæ conferunt admirabilem. Denique tertiam lectio habet: *Isti sunt filii misericordiæ*, quia oleum misericordiæ solet esse symbolum. Vnde ad hunc locum videtur allusisse Ecclesiasticus, dum ait: *Isti sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt.* Quem locum interpretans S. Bernardus, dicit id rectè attribui Sanctis Petro & Paulo, triplici de causa. Sunt enim hi viri misericordiæ, inquit ipse, *seve quia misericordiam consecuti, seve quia misericordia pleni, seve, quia misericorditer à Deo donati sunt.* Quomodo viri sint misericordiæ Petrus & Paulus, quia misericordiam consecuti, pernotum est. Nam sateatur Paulus de se: *Eui iniquus, & blasphemus, & persecutor, sed misericordiam sum consecutus.* Exploratum id etiam & peripicuum de Petro, quem Deus oculis misericordiæ nisi respexisset æternum perisset. Quomodo autem viri sint misericordiæ, quia pleni misericordia tanquam oleo effluente, & quia à Deo misericorditer nobis donati, explicat S. Bernardus his verbis: *Scimus quod viri isti nec sibi vivere, nec sibi mortui sunt, sed ei qui pro istis mortuus est, magis autem nobis omnibus. Facit pro nobis corpus ista & doctrina, & mors ipsa. Et cum in conversatione continentiam, in prædicatione sapientiam, in passione patientiam nobis boni Apostoli consulerunt. Quæ etiam usque hodie conferre non cessant, misericordia pleni, & sanctarum orationum fructibus.*

Ecclesi. 44
SS. Petrus
& Paulus
viri mis-
ericordiæ.
1. Tim. 2.

Bern. ser-
3. de Petro
& Paulo

4.
Dua co-
lumnæ do-
mus Dei.

Dicamus quarto, hos duos Apostolos esse duas Columnas, Templum, sive domum Dei, hoc est Ecclesiam fulciantes & firmantes, duosque parietes, unam ex Gentibus, alteram ex Judæis complexu suo stabilientes. Quapropter rectè dixerimus eos designari per duas columnas, quas erexit Salomon in ingressu templi à se extructi, & in modum lili co-

ronavit. Vnam vocavit *Iachin*, alteram vocavit *Booz*. Iachin autem idem est quod *Firma erectio* & *3. Reg. 7. directio*: Booz idem quod *Fortitudo in eo*. Hæc autem nomina his columnis indidit Salomon, ut votum suum indicaret: se nimirum propterea firmitatem & stabilitatem templo suo, eamque quodammodo hoc monumentum portendere. An non aptè SS. Petrus & Paulus, primarii Ecclesiæ novellæ Apostoli, columnis istis indicantur? Nonne contemplatione ad superna erecti fuerunt, & totum Ecclesiæ ædificium direxerunt? Nonne fide fontes fuerunt & opere, lapidibusque electis firmitatem contulerunt? Verè ergo nomen *Iachin*, id est, Directio, verè nomen *Booz*, id est, Fortitudo, eis convenit. Duæ sunt columnæ, quia Gentes & Judæos fulciunt; Petrus Judæos, Paulus Gentiles ad Christum adducit, & in eo firmat, imò uterque utroque. Rursum una Columna est à dextris, altera à sinistris, quasi demonstrantes per prospera & adversa nos firmari in Deo, nec ad versis debere desicci, nec prosperis titium elevari. Sunt etiam hæ Columnæ ante faciem templi, ut omnes invitent & inducant in templum. Omnia certè hæc SS. Petro & Paulo apprimè conveniunt: Columnæ sunt areolis & liliis coronatæ, cujus coronationis festivum diem hodie recolimus. Verè Columna Petrus, cui à Domino dictum est: *Super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum.* Verè Columna Paulus, de quo S. Chrysostomus: *Paulus cæli civis, Ecclesiæ Columna, Angelus terrestris, homo celestis.* Et hom. 32. ad Rom. de utroque Apostolo sic loquitur, quorum corpora tanquam sacrificia pignora Roma obtinet: *Non ita cælum splendet quando radios suos Sol ex sese dimittit, sicuti Roma duas illas lampades ubique terrarum effundens. Considerate qualem speculum vitæ sit Roma in resurrectione. Hinc rapitur Paulus, inde Petrus, in occursum Domini. Propterea celeberrime urbem, non propter copiam auri, non propter columnas, sed propter Columnas illas Ecclesiæ.*

Math. 16.
Christo.
hom. de
laudib.
Pauli 10.

5.
Dua viti-
caules.
1. Pet. 2.
Ab. 2. 4.

Dicamus postremo, hos duos Apostolos esse duas Tubas cælestes, quibus Evangelii vox mox toto insonuit orbe. Nam S. Petrus non solum Judæos docuit & convertit, sed etiam Romanos & Anglos; scripsitque epistolas suas ad omnes, quamvis maxime ad eos qui conversi ad Christum jam erant dispersi per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiæ, & Bithiniam, quos paulo ante converterat. Certè de omni natione quæ sub cælo est, adfuerunt nonnulli ejus prædicationi, quando in die Pentecostes convertit tria milia, & die subsequenti quinque milia. Postmodum autem per discipulos à se missos fundavit per totum orbem Ecclesias, & Edei verbum propagavit: nam & S. Maternus ab eo missus fuit ad has Belgicæ & Leodiensæ partes toban insonans S. Petri. Paulus quoque Doctor Gentium è cælo constitutus, classium celestium quoque versum intulit, ut omnes sub jugum mitteret veritatis: *Postquam filius os Stephani, mox insonuit suba*

libra Pauli, inquit S. Chryfost. hom. de eius con-
vert. O ergo celestes, & efficaces Tubae, Petrus
hinc, inde Paulus! O Principes terrae gloriosi, ubi-
que fidei hostes expugnantes, contra idola, erro-
res, vitia dimicantes, Infernum & Satanam. Princi-
pesque huius mundi, & Principes tenebrarum de-
bellantes. Virisque unica cura fuit ad caelorum
regnum omnes convocare, janua eis demonstare
& aperire, Duceque se eis vita, doctrina, exem-
plo praebere, & praerere. Vnde Fortunatus Venantius
sic de Petro & Paulo canit:

Fortuna-
tus lib. 9.
c. 11.

Caelorum porte, laeti duo lumina mundi.
Ore tonas Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apostolos radianti luce coronas.
Doctior hic monuit, celsior ille gradu.
Corda per hunc hominum referantur, & astra per
illum:

Quos docet ille stylo, suscipit ille polo,
Pannit iter caelis hic dogmate, clarioribus alter:
Est via cui Paulus, iam nuda Petrus.
A facie hostili duo propugnacula praesunt,
Quos fides urres, Verbs Caput Orbis habet.

Hae de laudibus Sanctorum Petri & Pauli conjun-
ctim; sed de illis etiam sigillatim pauca hic delibo;
innuicra enim sunt eorum encomia, quae integris
libris nonnulli profaquantur. Vnde sancti Petri
nonnulla privilegia nobis obiter sufficere explica-
re, & postmodum etiam de virtutibus ac prae-rogati-
vis sancti Pauli pauca proponere, & in medium
producere.

DE S. PETRO.

Lect. 28.
tripar-
tita.

Thes Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclē-
siam meam Matth. 16.

Pars I.
De privi-
legiis S.
Petri in
vita.

TRiplicia privilegia possumus in S. Petro Apo-
stolo annotare, quibus à Domino specialiter
fuit condecoratus. Quaedam enim fortius est in
vita, quaedam in morte, quaedam post mortem. In
vita quidem praeterquam quoddam vocatus fuerit spe-
ciali Domini voce inter primos ad Apostolatum,
qui est suprema in Ecclesia Christiana dignitas,
hoc habuit praeter ceteros privilegii, quod spe-
cialiter fuit à Domino constitutus Petra, Funda-
mentum, Caput Ecclesiae. Vnde & ei nomen immu-
tavit tamquam specialis Patrimus, voluitque ut eius
nomen proprium foret Petrus, cum antea Simon
vocaretur. Hoc imitantur Supremi Pontifices, no-
vum nomen in sua inauguratione accipientes. Di-
xit ergo ei Dominus: Tu es Petrus & super hanc pe-
tram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non
praevalent adversus eam. Quasi dicat, interprete
S. Leone scilicet, in anniversario assump. sua: Cum
ego sim inviolabilis Petra, ego lapsus angularis quid
facio utraque, unum ego fundamentum praeter quod
nemo potest aliud ponere: tamen ego quoque petra es,
quia mea virtute solvitur, ut qua mihi potestate sunt
propria, tibi sint mecum participatione communia.

Matth. 16.

Petra erat Christus, inquit Apostolus; à Christo
petra, nomen petrae mutatur Petrus. O innuncu-
patione novi nominis felix Ecclesiae fundamentum!
O beatum nomen, quod os Domini nominavit!
Petrus quidem ex se pulvis erat & cinis, arenaque
mobilis, si vires proprias spectemus, ideoque om-
ne aedificium in eo situm mutabilitati foret obno-
xium & mutabilitati, sed qui prius erat Simon, id est
obediens, quia illicò Christum vocantem secutus
est, nunc Petrus dicitur, & fit Petra inconcussa,
illo sic volente qui potens est perfectissimam soli-
ditatem dare etiam arenae. Vnde dicit: Super hanc
Petram aedificabo Ecclesiam meam. Quasi dicat:
Ego, ego sum, qui te petram constituo: ego, ego
sum qui istud aedificium construo. Nemo dubitet
de eius soliditate, illa enim inviolabilis erit me stru-
ctore & auctore, & nemo illam possit impetiri
praeter me. Nisi Dominus aedificaverit domum, in va-
num laborant qui aedificant eam, illo autem aedi-
ficante, frustra agit qui quis nititur diruere. Nec por-
ta inferi praevalent adversus eam. Egre dentes
ex inferis haerese, persecutiones, diabolicae moliti-
ones non ei nocebunt, non praevalent. Non
dicit, non oppugnant, vult enim oppugnetur,
ut magis eluceat à se fundatam. Pluvia, flamma,
venti irruunt in domum illam: sed frustraneo &
irrito conatu, quia non super labilem initiata erant
arenam, sed supra firmam petram perfectè con-
structa.

1. Cor. 10.

Psal. 126.

Matth. 7.

Nam velut allisos Mons videt fluctus & undas,
Sic stat in mediis hac bene firma malis.

Oppugnantur ergo portae inferi & Principes eor-
um hoc aedificium Ecclesiae, at non expugnantur: *Psal. 128.*

Sapè expugnaverunt me à juventute mea, etenim
non poterunt mihi. Non deerunt quidam: Exinan-
te, extirpante usque ad fundamentum in ea, sed ir-
ritus erit conatus, quia allidentur ad petram, & pe-
tra conteret eos. Adveniet generatio & generatio
in eam irruens; sed praeteribit instar torrentis ad
tempus praesentis, ipsa autem in aeternum sta-
bit. Generatio Ariana, Nestoriana, Pelagiana, Lu-
therana, Calviniana insurget adversus eam, post
Nerones, Diocletianos, Maximinos; sed tandem
evanescent omnes, illa perdurante & persistente.

Psal. 128.

Psal. 138.

Ex hoc porò Christi promisso & speciali erga
Petrum beneficio, multae ejus deducuntur prae-rogati-
vae, multaque divina dona in eo praeminentia
agnoscuntur.

Imprimis enim illi tamquam Petrae & Funda-
mento totius Ecclesiae, tamquam Apostolorum S. Petro
Capiti & Principi, fides eminens & indefectibilis à Ecclesia
Christo collata est, assistentiaque Spiritus sancti capiti as-
infallibilis ad regendam Ecclesiam, & docendum
ea quae fidem concernunt, ita ut in ea non possit
errare. Quod etiam ejus est concessum successoribus.
Quapropter iturus Christus ad crucem dice-
bat Petro: Ecce Satanas expetivit vos ut cribaret
sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non de-
ficiat fides tua; & in aliquando conversus confirm-
fratres

1.

Ecclesia

capiti as-

infallibilis

docendum

collata.

Luc. 22.

fratres